

TURCICI IMPERII
STATVS.

Accedit

De Regn. Algeriano
atque Tunetano

Commentarius.



LVGDVN: BATAV:
Ex officina ELZEVIRIANA.
A. CL: I: C: XXXIV.
Com: Privilegio.



TYPOGRAPHI LECTORIS.

Abe s, amice Lector, in hoc libello præstantissimorum aliquot virorum de rebus Turcicis commentationes, partim integras, partim carptim, prout instituti nostri ratio poscere videbatur, studiose è majoribus operibus excerptas, quas iam secunda hac editione multis locis correximus; adjectis etiam nonnullis annotationibus ad loca quædam obscuriora: & explicacionibus ad ea quæ nimis breviter nobis contracta videbantur: uti speremus te jam nihil in hac materia hic jure desideraturum. Si quis tamen aliquid adhuc desideret; aut habeat quod addi debere existi-



I.

LIBERVM TURCICARVM
COMMENTARIUS:

Autore

IOAN. BAPTISTA MON-
talbano, Bononiense, Phil.
& Iur. V. D.

Turcia fines.

TURCIA omnis ab Italia , Germania , Polonia , Moscovitis , Tartaris , Persis , Indis , Abyssinis , ac per universam Africæ oram ad Gades fere , à Lybia interius , & ab Hispania Galliave exterius ; Hadriatico mari , Alpibus ; mutuo metu ; magnis fluminibus , Borysthene scilicet , ac Tanai , sylvis , paludibus , continuis montibus , Hyrcano mari , vastis platis , patentibus arena- rum campis , inviis desertis , mediterraneoque iterum , separatur : cætera ru- brum mare & oceanus ambit ; Arabicos sinus , & immensa terrarum spacia

A com-